

ultra illos qui sunt sibi reservati à iure: sicut
 potest reservare multos casus presbyteris
 Curatis: ita vt seclusis alijs privilegijs ex-
 pensa dumtaxat potestate quam à iure com-
 muni habent Mendicantes, possint adhuc ab-
 solvere ab istis casibus specialiter ab Epis-
 copis reservatis? De hac re duplex est opi-
 nio. Prima, q̄ sicut potest Episcopus reserua-
 re casus aliquos, quos voluerit. A quibus:
 nō possint absolvere Plebani, & Parochiales
 Sacerdotes, ita potest reservare sibi aliquos
 casus, à quibus non possint absolvere Reli-
 giosi presentati, etiam si tales casus non sint
 reservati in iure sed solum ab Episcopo spe-
 cialiter. Et quod in hac parte confessarij Re-
 ligiosi expositi approbati non habent maio-
 rem auctoritatem stando in sola illa Clemen-
 tina Dudum quam ipsi presbyteri Parochia-
 les. Ita sentit Panormitanus, Nauarro, Le-
 desma, & alij quos citat Pater Emanuel To.
 1. q. 61. art. 2. ¶ Secunda, opinio est ne-
 gativa, q̄ Episcopus non potest reservare Fra-
 tribus debite presentatis, & acceptatis ali-
 quos casus qui non sunt sibi à iure reservati.
 Hanc tenent Panormitanus reuocans priorē
 sententiam, Diuus Antonius, Sylvester, An-
 gelus